

Notes du mont Royal




www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

PYTHAGORIS CAMIEN



P Y T H A G O R A S

Apud Eulimum Urinum in nomiencate area.

I A M B L I X O Y

Χαλκιδέως, τῆς Κοίλης Συρίας,

ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ
ΛΟΓΟΣ.

J A M B L I C H I

Chalcidensis, ex Cœle-Syria,

D E V I T A P Y T H A G O R I C A
L I B E R,

Græce & Latine:

Ex Codice MS. à quamplurimis mendis, quibus Editio Arceriana
scatabat, purgatus, Notisque perpetuis illustratus à

LUDOLPHO KUSTERO.

Versionem Latinam, Græco Textui adjunctam, confecit
Vir Illustris ULRICUS OBRECHTUS.

Accedit

A L C H U S, sive P O R P H Y R I U S,
D E V I T A P Y T H A G O R Æ:

Cum Notis

L U C A E H O L S T E N I I, & C O N R A D I R I T T E R S H U S I I.

Itemque

A N O N Y M U S apud P H O T I U M
D E V I T A P Y T H A G O R Æ.



A M S T E L O D A M I,

pud Viduam S E B A S T I A N I P E T Z O L D I; & Filium ejus
C H R I S T I A N U M P E T Z O L D U M.

C I O D C C V I I.

9/1.20

456
49

9


PLV R I M V M
REVERENDO IN CHRISTO
PATRI AC DOMINO,
D. JOANNI MORO,
EPISCOPO NORVICENSI,
MUSARUM PATRONO ET
FAUTORI EGREGIO,
E IDEM QUE PRÆSULI
DOCTISSIMO,
OB SINGULARIA EJUS IN SE MERITA.
LIBRUM HUNC,
GRATI ANIMI TESTANDI CAUSA.
L. M. Q. D. D.

LUDOLPHUS KUSTERUS.



A D

LECTOREM.



AMBlichum Nostrum περὶ Πυθαγορικῶν βίω
primas publici juris fecit * Arcerius Frisius;
sed partim injuria temporis, partim librario-
rum negligentia & imperitia adeo corruptum
& deformatum, ut nesciam, an à renatis li-
teris ullus scriptorum veterum pluribus men-
dis scatens in lucem unquam exierit. Quare mirum forsan
cuipiam videbitur, toto illo temporis spatio, quod à prima
editione jam effluxit, neminem inter eruditos scriptori huic
tam male affecto ante nos medicam manum admovisse. Spem
quidem novæ meliorisque editionis Orbi Eruditio fecerant
viri quondam Eruditissimi Ulricus Obrechtus, & Thomas
Galeus: sed illorum conatibus ineluctabile fatum intercessit.
Quare cum provinciam hanc, illorum morte vacuam re-
lictam, à nemine occupari viderem, operæ pretium me
facturum putavi, si novam Jamblichi editionem aggrederer;
instructus ad id collatione M S. quam debeo singulari favori
& humanitati Virorum Clariss. Clementii & Boivinii, qui
instructissimæ Bibliothecæ Regiæ Parisiensi præfunt, mihi-
que, cum ante annos circiter octo Parisiis versarer, tanta co-
mitate & facilitate aditum ad eam concesserunt, ut Musa-
rum fores, quod proverbio dicitur, nusquam alibi magis
apertas esse viderim. Hujus codicis ope plurimas, easque
foedissimas maculas ex Jamblico detersi, & lacunas non
paucas in eo supplevi; adeo ut, qui hanc Edit. cum priore
com-

* Anno 1598. in 4. apud Commelinum.

A D L E C T O R E M.

comparare voluerit, immane inter utramque discrimen deprehensurus sit. Præterea, ex Illustriss. Ezechielis Spanhemii bibliotheca, quæ Berolini est, nactus sum exemplar Jamblichi, ad cujus marginem Nicol. Rigaltius, celebre quondam inter eruditos nomen, adscriperat varias lectiones ejusdem, de quo dixi, MSti Parisiensis; & præterea conjecturas quasdam & emendationes Viri docti (Josephi Scaligeri, ut puto,) quibus me in locis nonnullis difficilioribus non parum adjutum esse profiteor. Adhæc cum de consilio meo edendi Jamblichum certior factus esset Vir Clariss. & de literis Græcis optime meritus, Joannes Hudsonus, Bibliothecæ Bodleianæ apud Oxonienses Præfectus; misit ad me varias lectiones & emendationes in eundem scriptorem, quæ in duorum Codicum impressorum margine calamo exaratæ erant. Hæ autem licet serius aliquanto & editione pene jam absoluta ad manus meas pervenerint; & præterea non essent diversæ, cum à variis lectionibus MSti Parisiensis, tum à cæteris conjecturis, quas Nic. Rigaltius, ut dixi, margini Codicis Spanhemiani alleverat; (ut ex uno fonte utrasque profluxisse appareret) non tamen ideo eruditissimi hujus viri voluntas & bene de me merendi studium minus gratum mihi fuit. Ut vero hisce subsidiis plerorumque locorum Jamblichi emendationem debeo; sic ad cætera, ubi ea spem meam destituerent, illustranda & integratati suæ restituenda qualescumque ingenii mei vires advocavi; qua quidem in re an successus voto meo responderit, penes doctiores judicium esto. Quod si forte quædam diligentiam meam effugerunt, neminem id miraturum puto, qui sciverit, me tempore brevissimo, aliisque urgentibus negotiis, operis hujus telam detexuisse.

Quoniam vero in eo sum, facere non possum, quin de locis aliquot Jamblichi, de quibus postea cogitare cœpi,
διετέρας Φεορτίδας cum Lectore communicem.

Num.

A D L E C T O R E M.

Num. 14. pro ἐξ αἱρέσιος ιερουγυμένων, procul dubio scribendum est, ἐξ αἱρέσιος ιερουγυμένων, (scil. τελετάς.) Id est, (initia) quæ præcipue & singulari quadam religione (in multis Syriae partibus) celebrabantur.

Ibidem pro μυμάτων, scribendum est μυμάτων: quod quamvis jam ante ad marginem codicis mei correxissem, Operarum tamen incuria in textum rursus irrepit. Mendum autem hoc jam ante etiam deprehenderat Anonymus in annotationibus, quas Arcerius *Castigationibus suis* in Jamblichi *Protrepticon* subjicit.

Num. 17. pro ἡ ραυτίωνη, quod prior Edit. habet, auctoritate MSti reponendum monuimus ἡ ραυτίωνη; ab ἐναρτίσθαι, repugnare, adversari: quæ est emendatio certissima. Nunc addo, mendum huic contrarium occurrere apud Phrynicus in *Ecloga Dicit. Attic.* pag. 32. ubi sic legitur: Μεσοδάχιλα: ἡ ραυτίασα τύτο ἀκόσας τύνομα. Nunnesius, vir sane doctissimus, τὸ ἡ ραυτίασα illic vertit, repugnavi; quasi ab ἐναρτίᾳ: quam tamen vocem Hellas ignorat. Tu absque cunctatione rescribe, ἡ ραυτίασα; à ραυτίᾳ, nauseare, vel nauseam sentire. Mens enim Phrynicus est, vocem μεσοδάχιλα à puriore Atticismo adeo abhorre, ut nauseam quasi sibi creet, quoties eam audiat vel legat. Sic idem pag. 38. verbum σπιχαίρομεν ait esse ραυτίας ἀξιον, id est, nausea dignum: ob eandem scilicet causam. Simili sensu vocem ραυτίᾳ accepit elegantissimus & lepidissimus Lucianus, in *Rhetor. præcept.* pag. 322. Edit. Amstelod. ubi inquit, ἀς ραυτίᾳ ἀκατας ἐπὶ τῷ Φορτικῷ τῶν ὄνομάτων, id est, ut nausea omnes afficiantur à frigidis & ineptis vocibus.

Num. 60. pro ἀραλυτικὸν, Rittershusius ad Porphyrium
Num. 25. legit παραληπτικόν: quod non displicet.

Num. 154. pro σχίζει τὰς ὁδόντας, Excerpta Hudsoniana, itemque Anonymus in annotationibus, quas Arcerius *Castigationibus suis* in Jamblichi *Protrepticon* subjicit, corrigere

A D L E C T O R E M.

gere jubent, σχινίζειν: à σχῖνος, *lentiscus*. Non ignoro quidem Veteres lentiscum mandere solitos, ad conciliandum dentibus candorem; vel cuspides ex lentisco confecisse, quibus dentes purgarent: sed tamen exemplum desidero, quo probetur verbum σχινίζειν non solum significare lentisco, sed etiam quovis alio dentifricio vel dentalpicio dentes purgare. Nulla enim dicto loco mentio lentisci præcedit, sed aliarum arborum, veluti cedri, lauri, cupressi, quercus & myrti, quarum ligno Pythagoras dentes purgari vetabat. Præterea vox σχινίζειν apud neminem veterum Grammaticorum occurrit, præterquam apud Etymologum in v. Σχῖνος: qui tamen eam non explicat. En ejus verba Σχῖνος, τὴν σκιλλαῖ, ἢν διαμασσῶντας οἱ καλλωπίζουσι ἐνεκα τῷ λευκῷ τὰς ὁδόντας ἀφ' ἧς καὶ τὸ σχινίζεσθαι. Quæ ipsa verba, ut obiter hoc moneam, habet etiam Photius in Lexico inedito. Ex hoc autem loco certo non constat, utrum τὸ σχινίζεσθαι, *lentiscum rodere*, an *cuspide ex lentisco facta dentes scalpare*, an vero *dentes lentisco fricare*, vel aliud quid significet. Occurrit quidem etiam τὸ σχινίζεσθαι apud Athen. Lib. xiv. pag. 629. sed sensu metaphorico & à priori longe diverso: dummodo non, quod suspicor, vox ea mendio illic laboret. Inspice locum Lector, & considera. Cæterum nec lectio vulgata σχίζειν τὰς ὁδόντας sana mihi videatur: (quis enim dicat *findere dentes*, pro *fodere*, vel *scalpare*, vel *fricare*?) Rectius sane & clarius Jamblichus dixisset σκινήειν τὰς ὁδόντας, quam vocem de frictione dentium usurpavit Dioscorides lib. i. cap. 98. uti idem cap. seq. σκινῆμα ὁδόντων, *Dentifricium* vocat.

Num. 162. Occurrit locus valde corruptus, ἐπιφυλότης, ἴστρης, &c. quem in notis rescribendum dixi, ἡ Φιλότης, ἴστρης. His nunc addo; post πάλιν videri quoque excidiisse has duas voces, ἵντας, ut ex iis, quæ præcedunt & sequuntur, patet. Sic ergo totus hic locus scribendus erit, ἡ πάλι-

A D L E C T O R E M.

λοὶ εἰ τῷ, ἵνα Φιλότης, ἴσοτης, &c. Cæterum respicit hic Jamblichus ad id, quod Laertius, & alii de Pythagora tradunt, eum *amicitiam* primum vocasse *ἴσότητα*, id est, *æqualitatem*.

Num. 173. Jamblichus ait: Οὐ γὰρ, καθάπερ Ηράκλειος ψεύσθειν Εὔφεσίοις ἐφη τὰς νόμους ἀπάγξασθαι τὰς πολίτας ιδεῖν δύτας, &c. Dictum hoc Heracliti refert etiam Strabo Lib. xiii. p. 642. addita insuper causa, quare Philosophus iste tam duram de Ephesiis sententiam pronuntiaverit; nimirum, quod Hermodorum civitate sua expulissent. Sic enim ille, verbis ipsius Heracliti: Αὕτου Εὔφεσίοις ιδεῖν δύτας ἀπάγξασθαι, οἵτινες Εγμόδωροι ἄνδρες ἐστῦται ὅμιτος ἐξέβαλον, Φάντες, &c. Cicero *Tusc.* v. cap. 36. *Heraclitus Physicus universos ait Ephesiis morte multandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, &c.* Idem dictum refert etiam Laertius in *Heraclito*, Sect. 2. Ubi Menagius locum hunc Jamblichi, quem corruptissimum vocat, sic potius legendum esse censet, οὐ γὰρ, καθάπερ Ηράκλειος Εὔφεσίος ἐφη, ἀπάγξασθαι τὰς πολίτας ιδεῖν δύτας. Sed uti salebrosi aliquid in hoc loco esse fateor, ita aliter eum constituendum esse puto; verbis nempe aliquot, quæ trajecta videntur, in locum suum repositis, & paucis aliis immutatis, ad hunc modum: Οὐ γὰρ, καθάπερ Ηράκλειος Εὔφεσίος, ἔγραψαν τὰς νόμους, ἀπάγξασθαι τὰς πολίτας ιδεῖν δύτας κελεύσατε, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἐνοίκιας καὶ πολιτικῆς ἐπιτήμης νομοδετεῖν ἐπεχείρησαν. Id est, *Non enim leges scripserunt, (scil. Legislatores illi Pythagorici, de quibus Jamblichus in praecedentibus egerat) quibus cives universos, more Heraoliti Ephesi ad laqueum amandarent; sed &c.* Vel sic: Οὐ γὰρ ἔγραψαν τὰς νόμους, καθάπερ Ηράκλειος Εὔφεσίος, ἀπάγξασθαι τὰς πολίτας ιδεῖν δύτας κελεύσατε, ἀλλὰ &c. *Non enim leges scripserunt, more Heracliti Ephesi, qui universos cives ad laqueum amandavit; sed &c.* Utrovis modo scribas, sensus erit clarus &

A D L E C T O R E M.

planus. Quod autem pro ἐπεχείρος rescribendum diximus ἐπεχείρος; est ea emendatio certa & necessaria: id quod etiam monuisse video Rittershusium ad Porphyrium, de *Vita Pythagoræ*, Num. 21. Non enim de Pythagora, ut Obrechtus putavit, sed de legislatoribus Pythagoricis, quorum mentio præcessit, locus hic intelligendus est; quod etiam vel ex iis, quæ locum hunc proxime sequuntur, patere potest.

Num. 177. Jamblichus refert, Pythagoram homini, qui cædem commiserat, convenire se volenti, respondisse, Οὐ θεμιτέναι αὐτόχειρι: Se homicidæ non dare responsum: unde quosdam eum incusasse, quasi se Apollinem esse jaetaret. Nimirum Apollo ante pari modo responderat Sybaritis, qui occiso Citharœdo aliquem Delphos miserant, Oraculi consulendi gratia: Οὐ οὐ θεμιτένω. Μετὰ θεάποτα κατέκλας. Vid. Ælian. Var. Hist. Lib. viii. cap. 43. Simile responsum Callondæ, Archilochi percussori, ab Apolline redditum olim fuisse plures testantur Scriptores. Vide Nos ad Suidam v. Αἴγιλοχος. Hæc obiter Lectorem monere volui. Redeo nunc ad ea, unde digressus sum.

Quod ad versionem Latinam Arcerii, quam prior Edit. habet, attinet; ea adeo vitiosa est, ut tota pene lituram mereatur: cui proinde merito prætuli novam versionem ante laudati Ulrici Obrechti, quæ ante paucos annos absque textu Græco & Notis seorsim in lucem prodiit. In hac versione concinnanda Obrechtus non solum adjutus fuit opere ejus, de quo dixi, MSti Parisiensis (unde multa ante corrupta melius vertere potuit, quam Arcerius, quippe qui eo adminiculo careret) sed etiam in cæteris, ubi MSti auxilio destituitur, haud vulgare judicium & ingenii acumen ostendit; adeo ut boni & docti interpretis laude minime fraudandus sit. In stilo tantum ejus majorem interdum puritatem desidero; quippe in quo tum alia peccavit, tum præ-

A D · L E C T O R E M.

præcipue , quod verbis , quæ secundum meliores Scriptores Latinos Infinitivo jungenda sunt , Conjunctionem *quod* cum Subjunctivo , ut Grammatici loquuntur , subjicere soleat : veluti , si quis dicat , *scio , quod sit doctus* , pro , *scio eum esse doctum* ; vel , *dico , quod hoc sit verum* , pro , *dico hoc esse verum* ; & similia ; quæ non possunt non aures delicatores offendere . Hæc autem dico , non ut de laudibus viri egregii quicquam detrahām , sed ut juniores moniti , ab hoc generē barbarismi , quo multos recentiorum scripta sua foedare video , cavere discant . Porro ubi interpretem à vero sensu Græcorum verborum aberrasse putavi (quidni enim homo humani aliquid interdum passus fuerit ?) de eo in notis Lectorem monui ; ab ipsa autem versione manus abstinui , ut eam , qualis ab auctore profecta esset , non vero interpolatam Lectori exhiberem . Antequam à Jamblico discedam , id paucis addam ; me sæpius miratum esse , qui factum sit , ut in hoc libello toties res eædem & sæpe integræ paginæ diversis in locis αὐτολεξίᾳ re-petantur : veluti Num. 68 , 188 , 225. Num. 71 , 94. Num. 86 , 87 , 137. Num. 69 , 229. Num. 133 , 177. Num. 196 , 224. Num. 101 , 102 , 230 , 231. Num. 139 , 140 , 148 , &c. Evidem , persuadere mihi non possum , Jamblichum in tam brevi opere adeo sui oblitum fuisse , ut nesciret , quæ antea scripsisset . Quin potius existimo , Vittæ huic Pythagoricæ non esse à Jamblico ultimam manum impositam , sed varia tantum collectanea ad hoc argumentum pertinentia , confuse , ut fit , in schedas ab eo conjecta ; unde alii postea vitam hanc confarcinaverint , idque tam exigua diligentia & cura , ut sæpe eadem , superiorum oblii , bis terve iterarent , & quædam in alienum prorsus locum nullo judicio infercirent . Sane vix aliam comminisci possum causam , quare libellus hic non solum tam crebras , ut dixi , earundem rerum habeat repetitiones ,

A D L E C T O R E M.

sed etiam quibusdam in locis confusam potius materiarum congeriem, quam historiam apte compositam & digestam Lectori exhibeat.

Cum Jamblico ob argumenti & materiae similitudinem conjunximus *Porphyrium* * de Vita Pythagoræ; cuius scrienia Noster (quamvis tacito, quod miror, ejus nomine) identidem compilavit; ut Lectorem in Notis paßim moneamus. In *Porphyrium* notas uberes & amplas scripserunt duo viri longe doctissimi Conradus Rittershusius, & Lucas Holstenius; quas Editio hæc integras complectitur. Notæ Rittershusii antea tam raro occurribant, ut eas in variis Bataviæ bibliothecis diu frustra quæsiverimus: donec tandem vir excellentis doctrinæ Joh. Albertus Fabricius, pro singulari sua humanitate & rem literariam juvandi studio, eas ex exemplari Bibliothecæ publicæ Hamburgensis descriptas ad nos miserit. Hæc ipsa autem res Editionem hanc non parum morata est. Postea, opere ad finem jam vergente, Vir Clarissimus Joh. Henr. Lederlinus, Ling. Oriental. in Acad. Argentoratensi Professor, ipsum exemplar Editionis Rittershusianæ Argentorato ad nos misit: quod citius utique misisset, si nos eo opus habere prius scivisset.

In limine Notarum suarum Rittershusius, Vir accuratæ diligentiae & diffusæ eruditionis, confundit quidem Malchum, alias *Porphyrium* dictum, cum Malcho Philadelphensi, rerum Byzantinarum scriptore, cuius Photius & Suidas mentionem fecerunt: sed postea errorem illum in iisdem notis ad Num. 27. ipse correxit, recteque Vitam Pythagoræ ad Malchum Tyrium, sive *Porphyrium*, cele-

* Hunc primus in lucem edidit Conrad. Rittershusius, Altorf. 1610. 8.
Eam Edit. secuta est Romana, A. 1630. quam Luca Holstenio debemus.
Denique Cantabrigienses Editionem Holstenii (quæ præter Vitam Pythagoræ,
& alia Porphyrii Opuscula continet) recudi curarunt, A. 1655.

A D L E C T O R E M.

lebrem illum Philosophum Platonicum , referendam esse
vidit.

Idem vir Doctissimus ad Porphyrium Num. 30. citans locum Jamblichi ex *Vit. Pyth.* Cap. 15. Num. 65. pro *χαταχορέσθιον μέλος*, ut Editio Arcerii habet, legendum potius existimat, *ἀκόρεστον*, vel, ut Arcerius mavult, *ἀκαταχόρεστον μέλος*; idque interpretatur, *melos quod audiendo satiari non possis*: prout etiam locum illum intelligendum esse censuerunt, modo laudatus Arcerius, & eo longe melior Jamblichi interpres, Ulricus Obrechtus.

Sed nos illic Jamblico veram lectionem, quæ est *χαταχορέσθερον*, ex MS. restituimus, eamque vocem de cantu modulatissimo, vel maxime intenso accipiendam esse probavimus. Locis eam in rem à me adductis nunc addo illum Nicomachi in *Enchirid. Harmon.* lib. 1. pag. 7. Edit. Meibom. Διὰ τὰς αἰτίας οὐχ ἐπακάνουμεν τῆς κοσμικῆς συμφωνίας, χαταχορέστι καὶ παραγόντος Φθεγγούμενος. Propter quas causas non audimus mundanum concentum, suave quid εὸ omnino modulatum resonantem. Sed hæc εὐ παρόδω.

Porro Lucas Holstenius notas suas in Porphyrium non absolvit, sed tantum usque ad Num. 27. perduxit: cuius rei causam ipse Lectori ad calcem Notarum suarum his verbis exponit: *Cætera absolvere non licuit, dum longum iter in ultimam usque Sarmatiam profici sci cogor. Si Deus vitam εὶ sanitatem dederit, commodiori tempore reliqua pertexam.*

Hæc habui, Lector, quæ te monerem. Addam tantum paucissimis verbis; me non solum magnopere gavisum, si voluptatem aliquam ex lucubrationibus hisce meis percepturus es, sed etiam idipsum incitamento mihi fore ad similia in posterum in lucem edenda: præsertim cum tranquillo nunc fruar otio, quod vitae inquietæ, in quam me fortuna conjectura videbatur, merito præferendum censiui.

A D L E C T O R E M.

sui. Malui enim privatus , & ab omni tumultu strepitu-
que aulæ remotus , meis me oblectare Musis , ex quibus
incredibilem semper voluptatem cepi ; quam inter homines
ab his deliciis alienos , splendidæ servituti obnoxius , inglo-
riam vitam traducere.

Ex Museo meo , Anno
Dom. clo d cc vii.



I A M-

I A M B L I X O U
X A L K I D E O S

J A M B L I C H I
C H A L C I D E N S I S

περὶ τῆς

P Y Θ A G O R I K O U
B I O T Λ O G O S.

K E F. a'.

D E
V I T A
P Y T H A G O R A E
L I B E R U N U S.

C A P. I.

Επειδὴ πτὸν μὲν Φιλοσοφίας ὁρμής Θεὸν δῆπεν αὐθεκαλεῖν ἔησε ἀπαστοῦς μη σώφρουσιν ἐπὶ δὲ τῇ τῷ δεῖσι Πυθαγόρεις δικαίως ἐπωνύμων γομιζόμενη, τολὺ δῆπεν μᾶλλον αἱρέσθι τοῦτο ποιεῖν. Εἴ δεῶν γὰρ αὐτοῦ censeri jure meritoque obtinuit.



U M omnibus, vel certe cordatioribus, qui de qualicunque Philosophia tractaturi sunt, in more positum sit, ut à DEI invocatione initium capiant; tum vel maxime in illa id facere par est, quam divini Pythagoræ cognomine censeri jure meritoque obtinuit. Etenim cum origo quoque

¹ Περὶ τῆς Πυθαγορεικῆς βίου] Liber hic de Vita Pythagora primus est ex quatuor illis, quos Jamblichus de Secta Pythagorica scriperat. Reliqui tres sunt, Προτερήν τις φιλοσοφίας, editus ab Arcerio una cum Vita hac Pythagoræ: Περὶ τῆς Νικηφόρου ἀριθμητικῆς ἴστοριας, editus a Samuele Tennulio: Περὶ τῆς θρησκευτικῆς ἴστοριας, qui nondum lucem asperxit. Clare hoc docet codex MS. Bibliothecæ Reg. Paris. in quo quatuor opuscula, modo laudata, continentur. Is enim talem præferit titulum: Ιαμβλίχου Χαλκιδίους περὶ τῆς Πυθαγορεικῆς αἱρέσιος λόγῳ. 2. Περὶ τῆς Πυθαγορεικῆς βίου. 3. Προτερήν τις φιλοσοφίας. 4. Περὶ τῆς Μαθηματικῆς ἴστοριας. 5. Περὶ τῆς Νικηφόρου ἀριθμητικῆς ἴστοριας. 6. Σεβετῆς Μεταποίησις. 7. Αὐτογενεῖς Πυθαγορεῖοι. Hinc appetat, quare Sopater, vel Marcellinus in Hermogenem, p. 383. Edit. Ald. historiam de adolescenti quo-

dam confessabundo referens, quæ in Vita hac Pythagoræ cap. xxv. extat, Jamblichum Nostrum laudet εἰ τῷ τοιούτῳ Πυθαγορεικῇ αἱρέσιοις. Nimirum, titulus τοῦ τοιούτου Πυθαγορεικοῦ (vel Πυθαγορεικῆς) αἱρέσιος, erat generalis, qui quatuor libellos ante dictos ambitu suo completestebatur. Nos hic primum tantum damus: quem mox, ut spero, sequetur Προτερήν τις φιλοσοφίας, ab amicissimo, eodemque eruditissimo Joanne Alberto Fabricio, qui de re literariatam præclare meretur, in lucem edendus. Notandum autem est, librum hunc inscribi τοῦ τοιούτου Πυθαγορεικῆς βίου, quod non simpliciter valeret, de Vita Pythagora; sed, de ratione vita, quam Pythagoras, ejusque Sectatores, ad exemplum magistrorum sui, instituerunt. Sciendum enim est, Jamblichum in hoc libello non solum vitam Pythagoræ, sed etiam sectatorum eius mores & instituta describere.

A

ejus à Diis promanarit, nefas fuerit eam aliter quam ipsorum ope atque auxilio capessere. Accedit, quod & pulchritudine sua & maiestate humani ingenii captum adeo superat, ut uno statim intuitu eam complecti nequeat; sed tum demum paulatim inde aliquid decerpere quis possit, si quieto animo benevolam Deorum manu ductionem sequens, pedetentim in ea progrediatur. Quapropter & nos Diis ducibus cæpto advocatis nosmetipso pariter & stylum permittamus; quacunque jusserint, secuturi. Neque scrupulum nobis injicit, quod jamdiu neglecta jacuerit hæc secta; peregrinis quippe disciplinis & arcanis quibusdam symbolis involuta; quodque etiamnum supposititiis atque adulterinis scriptis obfuscetur, multisque aliis id genus difficultatibus obsepiatur. Abunde enim nobis præsidii est in Deorum voluntate; qua propitia multo his etiā magis ardua sustinere prouum fuerit. Secundum Deos autem ipsum etiam divinæ hujus Philosophiæ Principem parentemque nobis ducem adscimus. De cuius majoribus atque patria paulo altius quedam repetemus.

² Θιῶν] Hæc vox ex priore Edit. ex ciderat, quam ex MS. revocavimus.

³ Πρὸς γὰρ τὴν] Syntaxis & sensus requirunt, ut legatur, πρὸς τὴν, vel πρὸς τὸν, i. e. praetera. Deinde scri-

πῆς ὁ διδοθέσις τὸ κατ' δέχας, σὺν ἐνεσιν ἄλλως, ἢ Διὶ τῷ Θεῷ ἀπιλαμβάνεσθαι. ³ πρὸς γὰρ τὴν κατὰ τὸ καλλιθεῖαν αὐτῆς ē τὸ μεγέθος περεράρι τὴν ἀνθρωπίνην διάμετρον, ὡς εἰς αὐτήν αὐτὸν καπιδεῖν. ἄλλα μόνον ἀν τὸς τῶν θεῶν εὐμενᾶς + εἰνυγμάριων καταβραχύ περοτών, πρέμα ἀν αὐτῆς ὁ διαστάσιαν περιβαλλεῖ περιβαλλεῖ. * Διὰ τὸ πάντες δὴ γὰρ περιβαλλέσσουν τὸν θεὸν θεμόνας, οὐδὲ ἀπειρεψύκατος αὐτοῖς εἴσιτε, καὶ τὸν λόγον, ἐπάμεστο, ἢ ἀν πάτησιν, χάριν ταῦλοις γόρμοις, τὸ πολὺ πολὺ γρόνον πειλῆσθαι τὸν αἵρεσιν πάτην, καὶ τὸ μαζήμασιν απεξενωμόνις ē ποὺ διπορρήτοις συμβόλοις ἀπικεκρύφθαι, ψύσσεσι περιβαλλόντος συγγεγέμμασιν ἀπιοκάζεσθαι, ἄλλαις περιβαλλόντος ποιαν δυσκολίας περιβαλλόντος διεσθαι. εἰς αρκεῖ γὰρ ημῖν η τῶν θεῶν βολῆσις, μεθ' οὓς ē τὰ τέταυν ἐπιδιπορρήτης διωκτὸν ταῦλαί εἰν. μετὰ δὲ τοὺς, ηγερόντα εἴσιτων περοτών περιβαλλόντος τὸ δέχηγμὸν ē πατερεῖ τὸ θεῖας Φιλοσοφίας, μικρόν γε ἄνωθεν περιβαλλόντος τοῦ τοῦ γένετος αὐτὸς ē τῆς πατερεῖδος.

be ἔτι ἰξειφινες ἀντανικαὶ φρεδύρι quem sensum Interpres etiam ob oculos habuit.

⁴ Εἰνυγμάρια] Sic recte MS. Male antea, εἰνυγμάτια. Refertur enim ad Θιῶν.

ΚΕΦ. Β'.

C A P. II.

3 Λέγεται δὴ ὁν Αὔγκαιος τὸν καποικήσαντα τὸ Σάμον τὴν εἰ τῇ Κεφαλληνίᾳ, γηγενῆς μὲν δύο Διός, εἴπε δὲ αρετῶ, εἴπε δὲ ψυχῆς περίγενθο πούτης τὸ Φύμενον αὐτὸν αἰτενεγκαμδύ· Φρεγήσθη ἐδόξη τὸν Αἴλων Κεφαλληνέων διαφέρειν. Τέτων ἡ γῆεσθι τρεπομόνων τῷ Πυθίᾳ, σωαγαγεῖν δύοικαν σὸν τὸν Κεφαλληνίαν, καὶ σὸν τὸν Αρκαδίαν, καὶ σὸν τὸν Θεσπαλίαν, καὶ τερσλαβεῖν ἵππους τῷδε τὸ τὸ Αἴγυπτον, καὶ τῷδε τὸν Επιδαυρίαν, καὶ τῷδε τὸν Χαλκιδέων, καὶ τάτων αἰποντων ἥγει μόνον οἰκισαὶ γῆσσον, τὴν δὲ αρετὴν ἐδάφες έτενες¹ Μελάμφυλον καλεύμενην, τερσογερῶσσαν τὸ τὸ πόλιν Σάμου, αὖτε τῆς

4 Σαμίης τὸν Κεφαλληνίαν. * Τὸν μὲν ὁν τρεπομόνων πούτην γέρεδην ταΐζεται.

Αὔγκαι, ειναλίαν γῆσσον Σάμου αὖτε Σαμίης σε
Οικίζειν κέλομεν· Φυλλὰς δὲ
οὐομάζεται αἴτη.

Τὸν ἡ τὰς δύοικας σὸν τὸ πόλιν τῶν προειρημένων σωελθεῖν σημεῖον ἔσιν
ὅ μόνον αἱ τὸ Θεῶν πημαὶ έτοσία,

¹ Μελάμφυλον,] Prior Edit. minus recte, Μελάμφυλον, quod & jam ante no-taverat Luc. Holsten. ad Stephanum By-zant. v. Σάμῳ.

* Σαμίης] Scribe, Σάμης ut recte in

Ancum igitur Sami, quæ in Cephallenia sita est, incolam, Jove natum esse ferunt; sive virtute, sive animi magnitudine hanc sibi famam pepererit. Prudentia vero nominisque gloria inter ceteros Cephallenæos facile principem fuisse constat. Traditur autem, hunc à Pythia oraculo monitum, ut contractis è Cephallenia, Arcadia, & Thessalia colonis, accitisque ex Attica, Epidauro, & Chalcide demigrationis sociis, coloniam ad inhabitantam insulam deduceret, quæ à soli terræque bonitate Melamphylos appellabatur, urbemque à se conditam pro Same Cephalleniz, Samum nominaret. Oraculum ipsum hujusmodi fuit:

*Lingue Samen, Ancae, Samum
sed conde: profundo
Insula cincta mari est antiquo no-
mine Phyllas.*

Quod autem colonia ex dictis locis adunata fuerit, non tantum Deorum cultus & sacra ex iis re-

Oraculo, quod statim subjungitur. Vide etiam Geographos veteres, apud quos itidem urbem hanc Σάμην appellatam fuisse legas.

gionibus una cum demigrantibus translata; verum etiam cognatæ familiae, solennesque Samiorum festivitates indicio sunt. Ex hujus igitur Ancæi, qui coloniaæ conditor fuit, domo & cognatione Mnæsarchum & Pythaïda Pythagoræ parentes descendisse ajunt. Hac autem inter populares jactata generis nobilitate, quidam Poeta Samius Apollinis eum filium facit, ita canens:

*Pythais è Samius longe pulcherri-
ma prolem
Phœbo, amicumque Jovi Py-
thagoram peperit.*

Unde vero sermo iste in vulgus dimanarit, relatu non indignum est: Mnæsarchos scilicet Samio ad mercaturam Delphos cum uxore, nondum manifeste gravida, profecto prædictit Pythia, cum responsu de navigatione in Syriam peteret, hanc quidem ad votum, lucrosamque fore, uxorem vero jam prægnantem, filium paritaram, qui omnium quotquot unquam vixerunt, pulchritudine &

³ Τῶν συγλ. καὶ τ. μ. ἀλ. σι.] Nihil præcessit, ad quod genitivi hi referri possint. Quare ne dubites scribere casu recto, *αι συγγενεῖς*, καὶ *αι μετ' ἀλλήλων σύνεδοι*: quam lectionem doctus etiam Interpres in versione sua expressit.

⁴ *Μηνῆρχος*] Paulo post, hoc ipso ca-

δίσπι μετηγμέναι πυγχάνεσσι ἐκ τῆς πότων, ὅφεν τὰ πληθυντὰ τῶν ἀνδρῶν σωῆλθεν ἀλλὰ ἐς τὸ συγγενεῖαν, καὶ τῶν μετ' ἀλλήλων συνέδωι, ἃς ποιέμενοι οἱ Σαμιοὶ πυγχάνεσσι. Φασὶ τοῖναι ⁴ Μηνῆρχον ἐς Πυθαιδα, τὰς Πυθαιρόσαν γνωστάς, ἐκ ταύτης εἴναι τὸ οἰκίας, καὶ τὸ συγγενεῖας, τὸ δὲ Ἀγκαίς γεγενημένης, διὸ τὸ διποικιαν στίλαντος.⁵ Ταῦτης ἡ ἐνύγενειας λεγομένης αὐτὴν τοῖς πολίταις, ποιητής της τῶν αὐτῶν τοῖς Σαμιοὶς γεγενημένων, Απόλλωνος αὐτὸν εἴναι Φησί, λέγων γέτως.

Πυθαιρόσαν τὸν τίκλε Διὸς Φίλῳ
Απόλλωνι

Πυθαιδα, η καλλιθεα πλεῖστον
ἔχειν Σαμιών.

Οπόθεν ἡ ὁ λόγος ἐπικράτησεν, ἀξιον διελθεῖν. Μηνῆρχω τάτῳ τῷ Σαμιών κατ' ἐμπορίαν ἐν Δελφοῖς γνωμένῳ, μετὰ τῆς γυναικὸς ἀδήλως ἐπι κυρίους, προσέπειν ή Πυθαιδα γέρωμάν τοι. διὸ εἰς Συρίαν πλέω, τὸν μὲν θυμηρέστερον ἔσεσθαι ἐπικρατεῖν, τὴν δὲ γυναικα κίνει τε γῆδη, καὶ πένεδη παιδας τῶν πώποι παῖδας. ⁶ Εἰς σοφία διοίσουται, καὶ τῷ sapientia præstantissimus, huma-

pite, pater Pythagoræ rectius dicitur Μηνῆρχος; prout etiam vocatur à Porphyrio in *Vit. Pythag.* Laertio, & aliis.

⁵ Τῷ πάσην] Sic recte ad marginem codicis Spanhemiani vir doctus emendaverat. Ante enim male legebatur, πάσην.

ἀνθρωπίνῳ γένει μέγιστον ὁ φελος ἐσ
τὸν πομπαντα τὸ βίον ἐσόμενον. * Οὐ δέ
Μνημάρχῳ συλλογισάμενῳ, ὅτι
αὐτὸν μὴ παθομένῳ αὐτῷ ἐχρησός π
θεῖ τὸ πίκνυ τὸ θεός, εἰ μὴ ἐξαιρετον
πειρήματα ἔμελε τοῖς αὐτοῖς, καὶ θεο-
δάρητον αἰς ἀληθεῖς ἐσταχ, τὸν
μὲν εὐήνος αὐτὸν Παρθενίδος τὸ γυναι-
κα Πυθαιδα μετωνόμασεν, διὸ τὸ
γόνον Εὐθηπόδος. * Εἶναι δὲ Σιδόνιον
τῆς Φοινίκης δοτοποκύτης αὐτῆς, τὸν
γηρόμενον ψὸν Πυθαιζόρον πειρηγό-
ρονταν. ὅτι ἀρχαὶ τὸ Πυθαιζόρον πειρη-
γορόντην αὐτῷ. Ὅδηστηνος γαρ Ε-
πιμνίδης Εὐδοξος Εὐενοχερετης,
ὑπονοῦντις τὴν Παρθενίδην τούτη μεγά-
λα τὸ Αἴτολων, "καὶ κυάνοις αὐτῶι,
ὅτι μὴ γάτως ἐχάστης καταπέποιτε,
καὶ πειραγγεῖλας Διὸς τὸ πειρήπο-
δος. τοῦτο μὲν δὲ ἐδαμῶς πειρισθεῖ.
8 * Τὸ μέντοι τῶι Πυθαιζόρος ψυχὴν
διὸ τὸ Αἴτολων ηγεμονίας δόσει,
εἴτε σωστοπόδην, εἴτε οὐλών οἰκείο-
τερον ἐπι τοῖς τὸ θεόν τοῦτο σωτε-
τηγμόντων, καταπεπέμφθασι εἰς αὐ-
θρώπους, δέοντες ἀνθρώπιον θητούσεις,
πηκμαίρομεν τὸν αὐτῷ τε τῇ γένεσι
πάντῃ, καὶ τῇ σοφίᾳ τὸ ψυχῆς αὐτοῦ
τῇ παντοδαπῇ. καὶ τοῖς μὲν τῇ γένε-
σισ τοσαῦται. * Εἴπει δὲ τὸν αὐτοκομιδην

no generi ad omnem vitæ rationem quam maxime profuturus es-
set. Hinc Mnesarchus collige-
bat, se non interrogantem de fi-
lio ideo responsum à Deo acce-
pisse, quod singularis illi præcel-
lentia & dona animi plane divi-
na essent affutura. Et uxorem
quidem statim mutato Partheni-
dis nomine, à filio vateque Del-
phica Pythaidem, ipsumque in-
fantem mox Sidone in Phœnicia
natum, Pythagoram appellavit;
à Pythio scilicet eum sibi prædi-
ctum esse significans. Non enim
audiendi sunt Epimenides, Eu-
doxus & Xenocrates, qui suspi-
cantur, tum temporis Apollinem
cum Parthenide congressum, gra-
vidamque ex non gravida fa-
ctam per Pythiam pronuntiasse:
id enim nullatenus admittendum
videtur. Cæterum nemini, qui
quidem ex ipsa viri nativitate &
multiplici animi sapientia conje-
cturam fecerit, dubium erit,
quin anima Pythagoræ, Apollini
subdita imperio, vel perpet-
tim ejusdem Dei assecula, vel alio
proximiori commercio eidem con-
juncta, ad homines delapsa sit.
Et hæc hactenus dicta sint de ejus
procreatione. Pater vero è Sy-

* Καὶ κυάνης ὄντιν, ὡς μὲν γρ.] Desid.
Heraldus in Animadvers. in Jamblichum
nostrum, recte legendum monuit, τοι
κυάνην ἄντιν δει. i. e. Eamque gravidam ex
non gravida fecisse, Arcerius, quamvis δε

in MS. suo εἰς μὴ scriptum reperisset, ta-
men in textu reposuerat, εἰ μὴ, sensu
omnino repugnante.

⁷ Αὐτοκομιδην] Sic rectius MS. quam
prior Editio, quæ habebat, αὐτοκομιδην.

ria cum magnis opibus, quas ex lucro navigationis illius cumulaverat, Samum redux, Apollini templum, cum ΡΥΤΗΙ inscriptione, extruxit, puerumque variis & optimis disciplinis innutriendum Creophilo, Pherecydi Syrio, omnibusque fere sacrorum præfectis dedit commendavitque, ut in rebus divinis etiam pro virili sua proficeret. Ille vero ita educatus est, ut nulli cujuscunque ætatis aut memoriae forma secundus, Deoque quam dignissimus feliciter evaderet. Patre dein mortuo nihil sibi ad summam gravitatem temperantiamque fecit reliquum: ut adolescentem natu admodum grandes honorifice reverenterque colerent: imo visus modo auditusque, in se cunctos convertebat, & quoque adspexerat, sui statim admiratione implebat. Hinc evenit, ut multi eum Dei filium esse merito asseverarent. Tanta igitur gloria conjuncta cum studiis à puerili ætate cultis, divina forma naturalis dignitate fretus,

εἰς τὸ Σάμον δόπον τὸ Συρίας ὁ Μνήσιοχος μετὰ πατρόλας κέρδης Εὐαγγείας πειθοίσας, ιερὸν ἐδηματο τῷ Αἴγαλωνι, Πιθία Ἐπιγραφέας. τὸν πειθαρχίας παιδίσκου παῖδες παιδίσκους οὐδὲν θεοφόρον τοῖς οὐδὲν Φερεκυδῆ τὰ Συρίων, οὐδὲν ἔχειν αἴπασι τοῖς⁸ τοῖς ιερῶν προϊσταμένοις παῖδες Αἴγαλων αὐτὸν Εὐγχαίρων,⁹ οὓς ἀνὴρ οὐδὲν θεοφόρον τοῖς πάντοις εἰσορθέντων, καὶ θεοπεπτεστοῖς εὐτυχητείς. * δοποδακόντος τε τῶν πατρὸς, σεμνότερος, σωφρονέστερος τε ηὔξαντο, κομιδῆ τοντοῦ ἐπιταράχων, ἐντροπῆς πάσους Εἰδότες ηὔξαντο ηδη, καὶ τὸ τῶν πρεσβυτερίων ὄφελος τε καὶ φθεγξάμενος¹⁰ ἐπέστρεψε πάντας, καὶ φύνει τὸν προσθέλεινας θαυμαστὸς ἐφαίνετο, ὡςτε υπὸ τῶν πολλῶν εἰκότως βεβαιῶσθαι, τὸ θεῖον παιδία αὐτὸν εἶναι. οὐδὲν οὐδὲν τῶν τοιχώτων δοξῶν καὶ τὸν τὸν βερέφυτον παιδείας, καὶ υπὸ τῆς φυσικῆς θεοτοιχίας, ἐπι μᾶλλον εἴσατον

⁸ Τὸν ιερὸν προΐσταμεν.] Antea male, τὸ ιερόν προΐσταμεν.

⁹ Οἱς τὸν τὸν θεῖον αὐτόν.] Insignem hujus loci lacunam ex MS supplevi. In priore enim Edit. defunt hæc verba, καὶ τὸ θεῖον αὐτούρχως ἐπιδιδαχθεῖν. οὐδὲν τοιχία.

¹⁰ Επιτρέψει.] Prior Edit. ιπτέρεψε, & πειθαράψει, & θευματεῖς; quorum loco ιπτέρεψε, & πειθαράψει, & θευματεῖς vel absque MStorum auctoritate reponendum est, quis dubitet?

¹¹ κατίπομεν ἄξιον τῶν παρεγύτων πεστρημάτων διοφάνεων, καὶ διεκόσμης θρησκείας π. Εὐαγγέλιον, καὶ Διάστατος εὖαρέτοις, εὐσεβείᾳ τε ψυχῆς ¹² καὶ κατασθλῖ σώματος. ὃν τὸ ἀλάρη, οὐκέπειτεν εὐδία καὶ ἀμιμήτω πνι γελαίη, μήτο δργή ποτε, μήτο γέλωτι, μήτο γέλω, μήτε φιλονεκίας, μήτε ἀλητηρείας η πεστεία αἰλισκόμενος. ¹³ οὐς τὸ δαιμόνιον τὸς ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τὴν Σάμων. * Διέπερ ἔπι ἐφῆβε αὐτὸν τὸν τὸν δόξην εἰς τὰ Μίλητα, propter ejus adhuc ephebi insignis celebritas Miletum ad Tha-

magis magisque præsentibus bonis dignum se ostendit. Orabant illum & religio & doctrina & peculiaris virtus ratio, & animi firmitudo, corpusque ad modestiam compositum. In dictis factisque ejus comparebat interna quies, & immutabilis tranquillitas: non iræ, non risui, non emulationi aut contentionis studio, aut alii perturbationi & protervæ unquam vel tantillum indulxit: adeoque, tanquam bonus quidam Daemon in Samiorum urbe peregrinabatur. Qua-

¹¹ Κατίπομεν] Antea, κατίστασι corrupte. Hic repræsentavi quidem lectionem Codicis Paris. sed nec sic oratio recte procedit. Quare, sensu exigente, scribendum erit, ἐπικράτως ἀντί οὐκ οὐκ. παρ. πεστρημάτων ἀπόφασιν omessa voce κατίπομεν, quia quomodo locum hic habere possit, non video.

¹² Καὶ κατασθλῆ] Sic MS. Antea vero tantum legebatur κατασθλῆ, vocula καὶ male omitta.

¹³ Ως τὸ δαιμόνιον τὸς ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τ.] Qui considerabit, Jamblichum non solum fuisse gentilem, sed etiam Ethnicae religionis antistitem suo tempore primarium, non mirabitur, cum de Pythagoram magnifice sensisse & scripisse. Nimirum, Pythagoram Christo opponere voluit, quod videret religionem nostram nulla alia ratione magis subrui posse, quam si hominibus persuaderet, extitisse etiam aliquos inter gentiles, qui Christianum Dominum nostrum tam sanctitate viræ & doctrinæ, quam miraculis non solum æquassent, sed etiam viceissent. Hoc autem Jamblichi fuisse propositum, clarius patet ex iis, quæ leguntur infra,

Num. 30. "Ἄλοι ἡ ἄλοι τὸ Ολυμπίων θέαν ιφομένοι, εἰς ὀφίλειαν καὶ ἐπιπούσθιαν Θειτῶν βίοι λειχόντες εὐάθρωπην μερῷ φαντασίας τοῖς πότι, ἵνα τὸ τέλος ἐνδαιμονίας επιπούσθιαν καὶ γενεσίου της θειτῆς φύσει. i. e. Alii alium ex Dīs Olympicis (Pythagoram) forcabant, qui mortalem vitam emendaturus, ejusque commodis consulurus, iſi ſecundo humana forma appetuerit, ut mortaliibus beatitudinis Θεοφορίᾳ ſalutare im- men donaret. Habes hic Deum humana forma induitum: quod cum Christiani de Servatore ſuo recte prædicarent, Jamblichus id impie ad Pythagoram tranſtulit. Confer Nostrum intra Num. 92. ubi idem legas. Ut autem Jamblichus Pythagoram; ita Philostratus impostorem Apollonium Tyaneum, ob divinam, qua cum præditum ſingebat, virtutem, ultra reliquorum hominum fortē longe eveyit: de quo etiam Eunapius, religione nostræ infensissimus, tam magnifice ſenſit, ut dixerit, Philostratum non debuisse opus ſuum inscribere, Ἀπολλωνίῳ φίῳ, ſed Θεῷ τε ἀνθράκως ἴδιων, i. e. Dei ad huius adventus: ne ſcilicet Christu Deo nostro minor videatur. Locus ipse Eunapii

lem, & Prienen ad Biantem, viros sapientes delata, urbes etiam circumiectas peragrabat: jamque multi de juvene proverbium **S A M I I C O M A T I** passim divulgaverant, eumque sparsis in vulgus laudibus, Deum fecerant. Postea jam duodecimum annum egressus, cum, quo tenderet tyrannis Polycratis tum primum subnascens, animo prospiceret, & inde aliquod impedimentum suo proposito, discendique studio, cui unice deditus erat, metueret, noctu clam omnibus cum Hermodamante, cui cognomen erat Creophili, ejus scilicet nepote, qui olim Home-

τοφές Θαλιῖ, καὶ εἰς Περήνην τοφές Βίαντει διεκομίσθη τόντον φύρας, καὶ τὰς αἰσυχεῖτων πόλεις ἐξεφοίτησεν· τὸν δὲ Σάμων κομῆτην ἥδη τὸ παρεμπίδιον πολλοὶ πλαχεῖ τὸν γενίαν ἐπειδὴ φημεντες ἐξεδείσαρον καὶ διεθρύβλιν. Ταῦθιον μάτης ἐγένετο τῆς Πολυκράτεις παρεννίδος τοῦ ὀκλαδέκατου μαλίστη ἔτος τοῦ γενούς, πενταράμηνός τε οἱ χωρίσται, καὶ οὐδὲ ἐμπόδιος τοῦ ἔσχατην τῇ αὐτῇ περιθέσθαι, καὶ τῇ αὐτῇ πάντων αὐτῷ απεδαχόμενη Φιλομαχεία, νύκτωρ λαθῶν πάντας μετὰ τοῦ Εὔριμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, ¹⁵ Κρεοφύλλος δὲ ἡ πικαλυμμάτις, οὐδὲ ἐλέγετο Κρεοφύλλος δοτέοντο εἴναι, ¹⁶ Οὐμέρας ξένες

exstat in Proæmio libri, quem scripsit de vitis Sophistarum. Adeo verum est gentilium philosophos, præcipue qui expirante jam gentilissimo vixerunt, ob eam, quam dixi, rationem, impostores quoddam Servatori nostro opponere coñatos esse.

¹⁴ Τὸν τοφές Σάμων κομῆτην.] Auctor Vaticanæ Appendix proverbium hoc non ad Pythagoram Philosophum, sed ad Pythagoram pugilem Samium referit. Hesychius quoque, v. Εἰς Σάμων κομῆτας, tradit, falli eos, qui proverbium hoc de Pythagora Philosopho intelligendum esse dicant. Eadem de re controversia intercessit inter duos viros longe clarissimos & doctissimos, Richardum nempe Bentleium, & Henr. Dodwellum; quorum ille in egregia sua Dissertat. de Phalaridis Epistolis, pag. 52. 53. proverbium hoc de Pythagora Philosopho, eodemque pugile, intelligendum esse contendit: Dodwellus vero in Exercit. de ætate Pythag. Philo-

sophi, pag. 153. & seqq. Pythagoram pugilem, ad quem proverbium illud spectet, a Pythagora Magno, sive Philosopho, distinguit. Nos nobis non sumimus, ut controversiam illam, inter viros tam doctos agitatum, decidamus.

¹⁵ Κρεοφύλλος] Hunc alii rectius vocant Κρεοφίλον, per α., & ι. Vide Menag. ad Laert. lib. VIII. num. 2.

¹⁶ Οὐμέρας ξένες.] Hæc corrupta sunt, nec ullam profus habent ἀκριβείαν; quæ proinde rectius sic legeris, οὐς Οὐμέρας ποιητὴ ξένος γνίσθαι λέγεται, καὶ φίλος, καὶ διδασκαλός, &c. Σίνος hic sumitur pro eo, qui aliquem hospitio excipit; cuius significationis exempla apud alias etiam Scriptores occurrint; quamvis rarius. Suidas quidem clare testatur, ξένος etiam interdum sumi pro ξενόδοξος, quem vide. Homerum autem a Creophylo hospitio quondam exceptum fuisse, præter alios aperte tradit Strabo, lib. XIV.

τῇ πιητῇ φύειναι φίλῳ. Εἰ διδάσκαλος τῆς ἀπόγων μετὰ τότε τοὺς τὸν τὸν Φερεκύδην διεπέθυμον, καὶ τοὺς Αἰναῖμανδρου τὸν Φυσικὸν, καὶ τοὺς Θαληῖς Μίλητου.
 12 *καὶ τὸν γένηρόμδῳ τοὺς ἔκαστον αὐτῶν αἷδι μέρῳ. ὅτας ὡρίλησον, ὃς πάντας αὐτὸν ἀστεράν, καὶ τὸν Φύσιν αὖτε θαυμάζειν, καὶ πιεῖναι τὸ λόγιαν κοινωνον. καὶ δὴ καὶ ὁ Θαλῆς ¹⁷ αὐτῷ τὸν πειστήκαρον, καὶ θαυμάσοντας τὸν τοὺς ἄλλους σὺν γένεσι τὸν γένηρόλαγον, ὃπ μέντοι τὸν τὸν πατέρες οὐκέτι τὸν τὸν πειστήκασσον ¹⁸ ὥδη δοξάν, μεταδύεις ὅσων ἡδιώσατο μαθημάτων, τὸ γῆράς τοι εἴατε αἰπασίμενον, καὶ τὸν εἴατε αἰθένειαν, πειστρέψατο εἰς Αἴγυπτον Διοσπόλει μάλιστα συμβαλεῖν ιερούσι. τὸν δὲ χαρὸν σκέπτειν τὸν εἴατην εἴφοδιασθαι τῷπει, ¹⁹ διὸ ἡ σφρὸς τὸν τοὺς πολλοῖς νομίζει. καὶ μὲν ποστέτων γε πειστημάτων, ὃπ Φυσικῶς, ὃπ τὸν αἰσθήσεως θῆπιτην κηκέναι εἴατην ἐλεγεν, ὅσων τὸν Πυθαγόρειν ²⁰ καθορᾶν. ὃς τὸν παγῆτον

¹⁷ Αἰσχένειος] Sic reposui auctoritate MS. pro Ἀσκηνειον.

¹⁸ Προφοιτήσασσον] Sic potius, quam πειστήκασσον, quod prior Edit. habet, scribendum esse, quis non videt? MS. Regius habet, πειστήσασσον, "pro si posito, quod librariis solenne est.

¹⁹ Διὸ ἡ σφρὸς] MS. Regius habebat, διὸ ἡσφρῷ: pro quo διὸ σφρὸς, rescri-

bendum esse, sensus manifesto suadet. Arcerius, cum in codice MS. quo usus est, διὸ scriptum invenisset, ejus loco δὲ in sua Editione infeliciter repuduit.

²⁰ Καθορᾶν] Sic codex MS. At sensus & constructio potius requirunt, καθειάσεο quod etiam vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notaverat.

hoc latum jam præfigium denuntiare, quod sapientior reliquis mortalibus diviniorque futurus esset, si cum istis sacerdotibus vitam ageret.

C A P. III.

PRÆTER alia igitur, plurimum quoque sibi profuturam temporis præcipue parsimoniam à Thalete edoctus, & propterea vini carnisque usu, omnique ingurgitatione abdicatis, intra tenues facilesque digestu cibos se continuit, & hinc somni modicus, ac excitatior, tum animæ puritatem, tum corpori exactissimam & indeflexam sanitatem comparavit; atque ita Mileto Sidonem solvit: illam sibi majorem patriam esse persuasus, & inde facile in Ægyptum transitus. Ibi versatus cum prophetis, qui Mochi, naturæ interpretis, posteri erant,

^[Ἐπιγεία] Vox corrupta: pro qua ἀχεντία scribendum esse Arcerius recte, ut puto, censet. Conjugitur enim cum ὀλιγούπτιαι.

^[Μόχη] Mochi reddit eruditus interpres. At Schefferus Philos. Italic. cap. v. bene monuit, scribendum hic esse, Μόχη. & designari a Jamblicho antiquissimum illum philosophum Sidonium, cuius Strabo & Sextus Empir. mentionem faciunt. Verba Strabonis libro xvi. hæc sunt: Εἰ δὲ διὰ ποσιδωνίων πατέσσαν, καὶ τὸ μετὰ τὸν αὐτὸν δέγμης παλαιόν εἰν, ἀπὸ δὲ Σιδῶν Μάρχη, τοῦ τὸ Τραϊκῶν χρόνου γεροντοῦ. Si vero Posidonius credendum est, antiquum de

εὐγυγελίζεται, οὐ τοῖς δηλαχθόσις ιερᾶσι συγχώνεται, θεότατον αὐτὸν καὶ σφάτητον ὑπὲρ ἀπογενέσεων αὐθεάτης.

Κ Ε Φ. γ'.

Ω φεληφεῖς οὐδὲ τοῦτο Θάλεις ¹³ τὰ πάλαι, καὶ χρόνον μάλιστα Φείδεσθ, καὶ χρειν τάττε οιοτοσία πι, καὶ χρεωφαγία, καὶ ἐπιπότερον πολυφαγία δοπτηξάμφων, τῇ δὲ τὴν λεπτήν Εἰ εὐαραδότον ἐδωδῆ συμμετεγγένεταις, καὶ τάττε ὄλιγούπτιαι, καὶ ἐπιγείας, καὶ ψυχῆς καθαρότητα καὶ ησαύρωσ, υγίειαν τε ἀκριβεστάτην καὶ ἀπαρέγκλιτον ταῦτα σώματος, ἐξέταλψον εἰς τὸ Σιδόνα, Φύον τὸ αὐτὸν πατρίδα πεπιστρέψαντο ¹⁴ εἶναι, καὶ καλῶς οἰσάμφων ἀκεῖθεν αὐτῷ ἥραντα τὸ εἰς Λίγυπτον ἔσοδαν Διέβασιν. * Εὐταῦρα δὲ συμβαλῶν τοῖς τε ² Μώχης ἐφυπολόγιζε προφήταις διπολέονται.

atomis dogma Moschicis, hominis Sidonii, qui ante Trojani belli tempus νυκτί Sextus Empir. Διφύκεσθαι διὰ τὴν Ἐπιγείαν αὐτός εἶλεκαν τειχία εἰ μάτι δράχαιοτερον πάντα τὸν τὸν δίξιν, καὶ οὐδὲ ίλεται ἐπειδή τὸ Ποσιδῶνι, διὸ Μόρχη τοὺς αὐδρὸς Φολικῶν προσταχθῆντα. Διπολίας δὲ Εριαντος atomos principia dixerunt: nisi bac opilio πονεῦται σὺ antiquior, Οὐ, οὐδὲν δικαῖον Ποσιδῶνις, deducta a Moche quodam Ρομανί. Arcerius etiam quidem Μόρχη, vel Μόρχη, legendum esse conjecterat, sed nomine illo Mosen designari haud sanci rifiutaliter statuebat.

καὶ τοῖς ἄλλοις, οὐδὲ φευγοῦσιν ἑρ-
φάνταις, καὶ πάσαις τελεσθείσι τελε-
τῶς, εἴ τε Βύζλῳ Εἰ Τύρῳ, καὶ καὶ
πολλῷ τὸ Συρίας μέρη οὐδὲ αἰρούσαις
ἱερεργύματα, καὶ δὲ δεσμοδαιμο-
νίας ἵνεα τὸ τοιότον ὑπομείνεις,
οἷς ἀν τις πολλῶς υπολαβόντος πολὺν
μᾶλλον ἔρωτι καὶ ὄρεξι θεωρίας καὶ
εὐλαβείας, ἵνα μηδὲν αὐτὸν τὸ ἀξιο-
μαρτύτων Διαλάθῃ, οὐ διαν διπορ-
ρήτων η τελεταῖς Φυλαθόμυα,
περιμαθάντων τε, ὅπι ἀπίκα τρόπου
πινά Εἰ διπόντα τὸ οὐρανόπιον ιερῶν
καὶ αὐτῷ ψεύσχει, σκητά τε τε
ἐλπίους καθλίουν καὶ θεοπίρων καὶ
εἰκεσι φράντων μεθίξειν μηνυμάτων τὸ
τῷ Διόστηι, ἀγαθοῖς, καὶ τὰς
Θάλεων τῷ Διδασκάλῳ ψεύσηκας,
διεπερθμένη ἀμελητὴ τὸν πινάν
Διογέτιων περθμέσιν, καὶ εράτητε
πεισθεμέντων τοῖς υπὸ Κάρδιμηλον
τῷ Φευγικῷ ὄρθῳ αἰγαλοῖς. Εἰδε
ἔμοιαζε τὸ πολλὸν οὐδειρόσεις καὶ
τὸ ιερόν· οἵπερ ἀσμένοι εἰδέχεντο αὐ-
τὸν, τὸν τε ὁρειν αὐτὸν κερδῆσαι, καὶ
αὐτὸν δοθεῖντο, τὸ πολυπινάν πει-
δόμυσι. * Εἴπει μέν τοι καὶ τὸν

Φευγικός] Φευγικῆς lege.

* Ορθός] Ex MS. hanc vocem revo-
cavimus, cuius loco ante male legeba-
tur οὔσιος.* Φυλαθόμυα] Imo, φυλαθόμυα,
ut constitutio salva sit. Pender enim a
precedenti ἀγαθοῦτον. Et mox, ψεύ-
ση rescripti pro ψεύσης; non solum
seni hoc exigunt, sed etiam auctorita-
te codicis MS.

& cum cœteris Phœnicia hiero-
phantis; cunctisque initii Bybli
& Tyri, ac iis, quæ in multis Sy-
rîz partibus singulari modo cele-
brantur, sacrorum ceremoniis ini-
tiatus est. Id quod non fecit su-
perfitione inductus, ut quis sim-
plicior suspicari posset: sed potius
ex amore contemplationis; veri-
tusque ne quid ipsum præteriret,
quod in Deorum arcanis sacris
mysteriisque sciri dignum, obser-
varetur. Cum autem jam antea
Phœnicum sacra ab Ægyptiis,
coloniae sobolisque instar, propa-
gata nosset, adeoque pulchriora
magisque divina & illibata in
Ægypto sibi initia promitteret,
Thaletis insuper præceptoris sui
monita suspiciens, confessim ē
Phœnicia eo trajecit; portitorum
quorundam Ægyptiorum ope,
qui ad littus Carmelo Phœnicum
monti subjectum opportune ap-
pulerant: ubi nimis Pythagoras
ſæpe in templo solus versaba-
tur. Eum nautæ lubentes rece-
perunt; ob formositatem ejus lu-
crum pretiumque ingens, si ve-
numdarent, sibi augurati. Cum au-

Ἄγαθος] Sic Codex MS. pro voce
nihili ἀγαθος, quæ in priore Edit. repe-
ritur. At nec ἀγαθος sensu loci hujus
convenit: pro quo proinde ἀγαθος
lubens rescripterim. Sic enim sensu erit
planus, Pythagoram nempe, ταῦτη Le-
tam, secundum Thaletis magistri sui præ-
ceptum, in Ægyptum trajecisse.* Φευγικός] Φευγικός scribendum
est.

tem inter navigandum animadverterent, quanta cum continentia gravitateque, pro vita, cui insueverat, conditione ageret; jam aliter erga ipsum animali, & in pueri modestia aliquid homine majus notantes, memoria repetebant, quam ex insperato appellentibus apparuisset, cum à summo Carmeli vertice, quem præ aliis montibus sacrum vulgoque inaccessum noverant, lento gradu, & nunquam respi ciens descenderebat, nullo præcipio, vel etiam invio falso eum morante; quodque, cum ad scapham venisset, nihil aliud dixerit, quam, *in Aegyptum cursus est?* & annuentibus ipsiis navem con-

πλὴν ἐγκεφαῖς αὐτῷ καὶ σεμνῶς, ἀκολύθως τε τῇ σωτρόφῳ ὅπιτηδίσιον⁸ Διαβάποντος, ἀμενον τῷ αὐτῷ Διαπεζέντες, καὶ μᾶλλον πῃ καὶ ἀνθρωπίναι φύσιν ἐνδούτες τῇ τῷ παιδὸς εὐκοσμίᾳ, ἀναμηδέντες, ὡς πεισθεμέστου εὐθὺς αὐτοῖς ὥφη καπῶν¹⁰ ἀπ' ἄκρας Καρμήλας λόφου, (ἱερώτατον δὲ τῶν ἀλλων ὄρων ἡπίσχεντο αὖτε, καὶ τοῖς πλλοῖς ἀβατον) χολαῖος τε καὶ ἀνεπερεπτίς βαίνων, γέτε κρημνῶδες πίνεις, γέτε¹¹ δυσβάτη πέτρες ἐνισεμένης, καὶ ὅπιστας τῷ σκάφῳ, μόνον τε ὅπιφθεγξάμφιο, εἰς Λίχυπλον ὁ διπόλις καπινδούτων αὐτῶν ἐνέβη, καὶ

⁸ Διαβάποντος] Nisi vox mendo laborat, subintelligendum est iām, id que vertendum, cum se componeret. Alias etiam non inepte legere possis, Διαβάπο: quam lectionem Obrechtus ob oculos habuisse videtur.

⁹ Ἀναμηδέντες] Ne oratio sit ἀνάγλυψο, scribendum est ἀναμηδένος. Nullum enim aliud deinceps sequitur verbum, ad quod participia illa præcedentia, Διαπήδηται, & ἴνδηται, referri possunt.

¹⁰ Ἀπ' ἄκρας Καρμήλας λόφου] Hoc loco Jamblichi Carmelitæ quidam abutuntur, ad persuadendum aliis, Pythagoram etiam fuisse Carmelitam. Ajunt enim, ordinem suum ab ipso Elia, qui Pythagoraitique antiquior fuit, institutum, a monachis, sive eremitis in monte Carmelo degentibus, continua successione per plura secula propagatum fuisse: cumque ordo iste sanctitatis fama celebris fuerit, Pythagoram ad montem

Carmelum accessisse, ut sacris ejus initiatur. Sane, Philippus Tassiere Carmelita, anno 1611. Biteris in provinciali ordinis sui conventu, coram urbis ejusdem Episcopo, non dubitavit inter alias *Historia Carmelitana Theologica pro pugnanda Theses* etiam hanc proponere, *Valde esse probabile, Pythagoram Philosopham etiam fuisse Carmelitam, sicque discipulos suos instituisse, ut vieti, conversatione, & vestitu discipulos Eliae omnino referent.* Sed hanc sententiam nullo rationis nixam fundamento merito refellit Papebrochins in *Responsione ad R. P. Sebastianum a. S. Paulo*, Part. II. Artic. xvi. ubi prolix de hoc arguento agitur.

¹¹ Ιεράπον δὲ τὸν ἄλλον ὅρον. οὐτοί.] Sic recte MS. Parif. In Editione vero Arcerii corrupte legitur, ιερῷ δὲ τῷ τὸν ἄλλον ὄρον ἔπιστατο.

¹² Δινόβατον] Pessime antea legebatur ιορέται: pro quo δινόβαται auctoritate codicis MS. reposui.

σιντη̄ σκάθισεν, ἵνα μάλιστα
σὸν ἐμελλεν αὐτοῖς ἐμπόδιον. ἔστι
δει γαυπιλομύροις παρ' ὅλον τὸν
16 πλᾶν. * Εἴθε δέ τοι καὶ τῷ αὐτῷ
χήρατον δίεμενε δύο νύκτας καὶ
τρεῖς ἡμέρας, μήπι τροφῆς μάζης
ποτὲ μεταχών, μήπι ύπνου, ὅπι
εἰ μὴ λαθὼν ἀπνέας, ὡς εἶχεν
ἐν τῇ ἑρεψίᾳ καὶ ἀστλάτῳ ὅπι-
μονῆ, κατίδαρε Βερεχύ. ¹³ καὶ
πῶτα δηγενέας ἐσσυρμόψας πλεύ-
ποσθοκίας, εὐζήτεντος τε συμ-
βάτοντο αὐτοῖς τῷ πλᾶν, αἵσιν
πιντον παρασία θεοῦ, πάντα αὐ-
τοπλεύτης τὰ ποιάδε, καὶ Ἐπιουλλογ-
ζόιδης δαιμονα τείσιν, ὡς ἀληθῶς
επιειδησούσι, οὐδὲ αὐτοῖς διπὸ Συ-
ρίας εἰς Διῆγυπτον μετένεμεν, καὶ τού-
τε πεζόσλοιπον εὐθημόποτεν πλᾶν
διεξήγυσσαν, καὶ σεμνοπόρεις. ἐπερ-
ειδεσσούσι, ὁνόμασί τοι ἐπεργυμα-
τιν ἐχρήσαντο περός τε ἀλλήλας καὶ
περός αὐτὸν, μέροι τῆς εὐτυχείσ-
της συμβάσιος αὐτοῖς ἐπεικανάττε
παρόδια ¹⁴ εἰς τὸ Αἰγυπτίαν ἥρα τῷ
17 σκάφες πεσσοχής. * Εἴθε δή σκά-
θαινοντα ¹⁵ ὑπερείσωστης σεβασικῶς
ἀπεκτητεις, καὶ Διαδεξάμενοι, σκά-

scenderit, tacitusque toto navi-
gationis tempore confederit, ubi
ministeriis nautarum nihil impe-
dimenti erat allatus. Perman-
sit autem in eodem habitu duas
noctes triduumque integrum, non
cibum, non potum, non somnum
capiens; nisi forte cunctis non
advertentibus, uti erat in sede
sua constanter compositus im-
motusque, paulisper dormitavit.
Adhac, cum præter expecta-
tionem continuo nec interrupto
tractu rectus ipsis cursus esset,
quasi Deus aliquis præsens in-
tervenisset; hæc omnia inter se
nautæ comparantes concluserunt,
Dæmonem vere divinum secum
in Ægyptum è Syria transire:
unde male ominatis verbis absti-
nentes, quod reliquum fuit na-
vigationis absolverunt, & sermo-
ne factisque usi sunt tum inter
se, tum erga ipsum, honestioribus
quam solebant, donec felici-
ter, per summam maris tran-
quilitatem, ad littora Ægypti na-
vem applicuerunt. Ibi vero excen-
dente alternis exceptum mani-
bus honorifice navi extulerunt,

¹³ Καὶ πᾶντα] Puto excidisse μῆνα: ut legendum sit, καὶ μῆνα πᾶντα. Sic enim sensus omnino erit planus.

¹⁴ Παρόδια] Hæc vox videtur loco suo mota esse, & ponenda post συμβάσιος αὐτοῖς: ut totus hic locus sic legatur, μέροις ἐντυχείστης συμβάσιος αὐτοῖς παρόδια, καὶ ἀκυρώτας εἰς τὰ Λίγυπτα δεξα.

enim sic statuas, vox παρόδια omnino erit supervacanea, nec locum hic habere poterit.

¹⁵ Υπερείσωστης] Sic MS. cuius loco antea minus recte legebatur, ὑπερείσωστης. Υπερείσωστης autem veram est lectionem, vel ex iis patet, quæ paulo post sequuntur, τινὲς τοιούτους ναυτέρους, &c.

& postquam illum in purissima arena collocassent, tumultuariam coram eo aram congesserunt, ea-que fructibus arboreis pro præ-senti copia cumulata, & mercis, quam vehebant, primitiis appo-sitis, inde proiecti, eum, quem antea destinaverant, portum peti-verunt. Ille vero tam longo je-junio imbecillior, nec inter træ- jiciendum, nec cum à nautis per manus in terram transportare tur, nausea correptus est; sed nec post eorum discessum sè diutius à fructibus abstinuit, quin sumeret quod alendis viribus esset. Inde ad vicina habitacula incolmis pervenit; habitu oris tranquillo modestoque semper sibi sumi-lis.

C A P. IV.

I Nterea dum obcundis templis omnibus maximum studium

¹⁶ Ἐπικυνθωτος.] Est vox Lexicis igno-
ta, & mihi merito suspecta: pro qua pro-
inde nullus dubitem restringere, ἐπικυνθω-
τος, i. e., cum accumulasset; ab ἐπινώ,
vel ἐπίνω, quæ est vox nota, & ab optimis
quibusque Scriptoribus, tum in pro-
la, quam ligata oratione, usurpata. Vi-
de Suidam. v. Ἐπικυνθωτος.

¹⁷ Τῶν ναυτῶν.] Sic recte MS. At prior
Editio, τῶν αὐτῶν: nullo omnino sensu.

¹⁸ Ἡμερόδην.] Prior Editio male τῶν ναυ-
τῶν: in cuius locum veram lectionem ex
MS. reposui. Sensus enim est, Pytha-
